Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8324
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Exemplum de retinenda

Uti possidetis competit enim interdictum ut possidetis cum aliquis in possessione rei immobilis perturbatur et competit contra eum qui turbat ut non turbat et vult dicere ut possidetis i. sic possidetis ita possidetis Utrobi rem datur ei qui turbatur in possessione rei mobilis contra eum qui turbat et quid sonant verba utriusque interdicti notatur .j. de probatione licet circa finem et de hijs que vi metus ve causa fiunt in c. ad audientiam glosa magna

Nota

Vendicatio rei datur ei qui domus dicitur et rem non tenet ut rem habeat possidenti enim non rei vendicatio ut de iudicijs examinata Intentat ergo domus talis rei vendi ut rem habeat quam non habet sed in iudicijs retinenda est secus quia intentat iudicium ut retineat possessionem quam iam habet si turbatur in ea ergo rei vendi instituitur ut non habitu possideatur possessorium retinendi intentatur ut possessum retineatur etc.

Iudicium aliud est
- Petitorium
- Possessorium
- Quoddam possessionem
  - Adipiscenda habet tria interdicta
    - Quorum bonorum
    - quorum legatorum
    - Salmanum
  - Recuperanda habet tria interdicta
    - unde vi
    - vi bonorum rapt.
    - quod vi aut clam
  - Retinenda habet duo interdicta
    - uti possidetis
    - et uti ubi

De hac materia notatur in ti. de causa possessionis pastoralis in glo. magna